ta circu uenit pronomenaui in cromaticu gen construens que
ΜΕΝΑΡΧΑΝ ΦΙΕΝΝΥΤΑΝ ΤΑΝ ΜΟΑΝ ΕΠΙ ΧΡΩΜΑΤΟΣ ΕΙΝ ΕΙΣΤΑΜΕΝΟΣ ΤΑΝ
mollius diuisione p ... monio faciens conuersione mutu
ΤΟ ΜΕΛΟΙΟΣ ΔΙΑΣΚΕΙΝ ΑΝ ΤΙ ΤΑΣ ΕΝ ΑΡΜΩΝΙΩ ΠΟΙΤΑΝ ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΟΝ ΑΜΟΙ
am uocat aut & in agonem elusine matris turpitudine
ΒΑΝ ΠΑΡΑΚΛΗΘΕΙΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΝ ΤΑΣ ΕΛΕΥΣΙΝΙΑΣ ΔΑΜΑΤΡΟΣ ΑΠΕΠΡΕΠΕΣ
deuulgauit fabulosa diffusione eni semele partus non undecies
ΚΕΙΣΑ ΤΟ ΤΑΝ ΤΩ ΜΥΘΩ ΔΙΑΣΚΕΙΑΝ ΤΑΝ ΤΑΣ ΣΕΜΕΛΑΣ ΩΔΙΝΑΣ ΟΥΚ ΕΝΔΙΚΑ
nouis doctrina edocuit de tali ... bus reges & re
ΤΟΣ ΝΕΟΣ ΔΙΔΑΣΚΗ ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΦΑΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΑΣ ΚΑΙ ΤΟΣ Ε
thores accusabant timotheu ad dedit aut & undecima corda
ΦΟΡΟΣ ΜΕΜΨΑΣΘΑΙ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΑΝΑΓΚΑΣΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΝ ΕΝΔΕΚΑ ΧΟΡΔΑΝ
extendens superfluas relicta septe cordaru cithara p. To hoc ut singularis eius
ΕΚΤΑΜΟΝΤΑΣ ΠΕΡΙΤΤΑΣ ΥΠΟΛΙΠΟΜΕΝΩ ΤΑΣ ΕΠΤΑΤΩΝΩΣ ... ΟΠΩΣ ΤΟ ΤΑΣ ΑΡΧΗΟΙΟΣ
grauis p uidens ti muti in sparta in dicare aliquid in conuenien
ΠΟΛΙΟΣ ΒΑΡΟΣ ΟΠΟΝΕΥΑ ΑΒΗΤΑΙΣ ΠΑΝ ΣΠΑΡΤΑΝ ΕΠΙ ΦΕΡΗ ΝΤΙ ΤΩΝ ΜΗ ΚΑ
tiu ultimarū ne extantarū no fortis pe barxur gloria certaminum
ΛΟΝ ΗΤΟΝ ΜΗ ΠΟΤΕ ΤΑΡΑΣΣΕ ΤΑΣ ΚΛΕΟΣ ΑΓΟΝΤΟΝ

Quod conſultum id ſcilicet continet: idcirco timotheo mileſio ſpartiataſ ſucenſuiſſe, quod mul
tiplicem muſicam reddenſ, puerorum animiſ quoſ acceperat erudiendoſ officeret
et a uirtutiſ modeſtia p̄pediret: et quod armoniam quam modeſtam ſuſceperat in genuſ
chromaticum quod molliuſ eſt, commutaſſet; Tanta igitur apud eoſ fuit muſicę diligentia,
ut eam animoſ quoque obtinere arbitrarentur; Uulgatum quippe eſt, quam ſepe iracun
diaſ cantilena repreſſerit: quam multa uel in corporum uel in animorum affectionibuſ miran
da perfecerit; Cui enim eſt illud ignotum, quod pithagoraſ ebrium aduleſcentem tauromenitanum
ſubphrigii modi ſono incitatum ſpondeo ſuccinente reddiderit mitiorem et ſui compotem.
Nam cum ſcortum in riualiſ domo eſſet clauſum, atque ille furenſ domum uellet amburere,
Cumque pithagoraſ ſtellarum curſuſ ut ei moſ nocturnuſ inſpiceret, ubi intellexit ſono phrigii modi inci
tatum multiſ amicorum monitionibuſ a facinore noluiſſe deſiſtere, mutari modum precepit
atque ita furentiſ animum aduleſcentiſ ad ſtatum mentiſ pacatiſſimę temperauit;
Quod ſcilicet marcuſ tulliuſ commemorat in eo libro quem de conſiliiſ ſuiſ compoſuit; aliter quidem, ſed hoc
modo; Sed ut aliqua ſimilitudine adductuſ maximiſ minima conferam, ut cum uino lenti aduleſ
centeſ tibiarum etiam cantu ut fit inſtincti mulieriſ pudicae foraſ frangerent, admonuiſſe tibici
nam ut ſpondeum caneret pithagoraſ dicitur; Quod cum illa feciſſet, tarditate modorum
et grauitate canentiſ illorum furentem petulantiam conſediſſe; Sed ut ſimilia breuiter exempla
conquiram, terpander atque arion methimneuſ leſbioſ atque ioneſ grauiſſimiſ morbiſ
cantuſ eripuere praeſidio. Iſmeniaſ uero thebanuſ boeotiorum pluribuſ quoſ iſci
atici doloriſ tormenta uexabant, modiſ fertur cunctaſ abſterſiſſe moleſtiaſ.
Sed et empedocleſ cum eiuſ hoſpitem quidam gladio furibunduſ inuaderet, quod eiuſ
ille patrem accuſatione dampnaſſet, inflexiſſe modum dicitur canendi itaque aduleſcentiſ